Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ISE Iustus nō corr. Alla. Iustus ut palma OFF In virtute tua Secreta
Sacrificii munera tibi domine quæsumus beati laurentii precibus
sancta conferat: ut cuius honore celebramus et
habeamus meritis efficaciam acceptum. Per dominum
Qui vult venire post Complenda Supplices te rogamus omnipotens
Sumptis muneribus sancis. De sancto agapito missa propria
familiaris Letabitur iustus in domino et c. Collecta
Letetur ecclesia tua de beati agapiti martyris tui con
fessoris suffragiis: atque eius prædicatione gloriosa et de
vota perseveranter et secura consistat per Lectio epistole
can. 29 Beatus vir qui in sapientia morabitur et qui meditatur in lege domini
et qui non seruauit in digitis suis. Beatus qui
inuenit amicum verum: et qui enarrat iustitiam in aures
audientis. Quam magnus qui inuenit sapiam
et scientiam: sed non est super timentes deum. Timor
dei super omnia se posuit. Beatus cui datum est habere
timorem dei. Qui tenet illum: cui assimilabitur
Timor dei initium dilectionis eius fidei autem initium
adhærendum est ei ISE posuit dominus Alla. Letabitur iustus
Illo tempore Reversi sunt septuaginta sin Lucam
dicentes Domine etiam dæmonia subiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis
Videbam satanam sicut fulgur de celo cadentem
Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes
et scorpiones: et omnem virtutem inimici: et nichil vos
nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere quia
spiritus vobis subiciuntur. Gaudete autem quod no
mina vestra scripta sunt in celis OFF In virtute tua Secreta
Suscipe domine munera quæ in eius tibi sollempni
tate deferimus: cuius nos confidimus protectio